



Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1551. usque ad annum 1553

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1771

VD18 90118561

§. 69. Commendonus a Dandino Legato in Angliam missus.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66577](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-66577)

Sæc. XVI.

A.C.1553.

§. LXVIII.

Polus a Papa Legatus in Angliam destinatus.

Pallav. l. c.

Burnet

p. 387.

Hanc in rem Polus summo Pontifici auctor exsttit, ut per ambos Legatos suos, quorum unus in Belgio apud Cæsarem, alter vero in Francia apud Henricum II. agebat, rem sedulo aggrederetur, eo fine, ut eorum sollicitatione hi duo Monarchæ ad tam sanctum propositum auxilia præberent, missisque nuntiis Reginam animarent ad promovendam Catholicam Religionem, ad cujus restaurationem aliunde Reginam jam satis propensam novissent. Offerebat quoque suam operam Polus, quantum ad hujus negotii executionem Papa necessarium fore censuerit. Placuere Julio hæ Cardinalis rationes, cumque præter ipsum Polum ad hoc opus aggrediendum, & feliciter expediendum neminem magis aptum cognosceret, hinc die quinta Augusti eundem Legatum in Angliam decrevit, accidente omnium Cardinalium consensu, quibus satis perspecta erant Poli merita, ac præclaræ animi dotes.

§. LXIX.

Commendonus a Dandino Legato in Angliam missus.

Acce-

Acceptis hisce Julii III. literis Polus Sæcul. XVI.
 eundem Abbatem Sancti Salvatoris A.C. 1553.
 ad Papam ablegabat, ut eidem signifi-
 caret, quod quidem hac Legatione haud Pallav. l. c.
 cunctanter perfungi vellet, satius au- T. u. p. l. 13.
 tem fore censeret, ut priusquam Pon- Ant. Maria
 tificis auctoritas discrimini exponeretur, Gratiani in
 per quemdam privatum Anglorum ani- vita Com-
 mi explorarentur. Hanc in rem Polus mend. l. I.
 feligebat Henicum Penningum familia-
 rem suum, quem die duodecima Au-
 gusti Bruxellas ad Dandinum Cardina-
 lem in Cæsaris aula Legatum decerne-
 bat, dato negotio, ut inde in Angliam
 profectus cum Bonvisio ejus Procura-
 tore rem ita aggredieretur, ut ad Ma-
 riæ Reginæ alloquium admitteretur.
 Verum Dandinus perpensa rei gravitate,
 ac difficultate necessarium fore existima-
 bat, ut Vir quidam ablegaretur Pennin-
 go magis spectabilis, qui cum majori
 dexteritate, ac pompa hoc negotium
 perficere posset. Inter ceteros, quos
 secum Dandinus in Belgium adduxerat,
 tum aderat quidam Venetus nomine
 Joannes Franciscus Commendonus, ec-
 quidem juvenis, agendi tamen dexteriti-
 tate, ac ingenii acie per celebris, qui
 summo Pontifici a cubiculis, solo meri-
 torum suffragio postea ad Cardinalium
 dignitatem electus fuit. Hic anno Do-
 mini millesimo quingentesimo quinqua-
 gesimo

Sæcul. XVI. gesimo Romam profectus a Venetæ Rei-
A.C. 1553. publicæ Legato ad Julium III. Papam

deducebatur, qui perspecta hujus Viri
indole eundem suis cubiculariis adnu-
merabat, cum vero extra Romanæ
urbis mœnia suburbanum recessum
ad delitias aptum exstrui, ibidemque
fontem, ubi Nympha quædam aquas per
rivulos in hortum diffluentes in concha
colligebat, erigi curaret, ac concinna
quædam carmina componi, fontisque
marmoribus insculpi desideraret, Com-
mendonus quædam epigrammata huic
operi perbene adaptata, atque a Papa
summopere dilaudata composuerat, hinc
in Vaticano comparere jubetur, ubi
Julius per plures quæstiones explorata
Commendoni sapientia, atque ingenii
præstantia ad circumstantes dixit: „tam
„rara sunt hujus juvenis merita, ut il-
„lum ab occasione obsequia sua Eccle-
„siæ præstandi removere nefas foret,
„nam eum tam præclaris dotibus in-
„signitum agnosco, ut brevi majora car-
„minibus præstiturus sit. Mox Papa
eundem primo Urbinate, & postea in
Flandriam decernebat, ut Hieronymum
Dandinum Legatum comitaretur, a
quo etiam in Angliam mittebatur cum
Regina collaturus.

§. LXX.